



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Ex Decretalibus tit. de purgatione canonica. c. 10. Inter sollicitudines.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

114 DECRETALES XIII.

Sumptæ de diuersis titulis Decretalium,
SEXTI ET CLEMENTINARVM
Inquisitionis Officio congruentes.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

Et habetur in Clementinis, t. de usu
ris cap. unico. S. ultimo.

Pertinaciter afferens, exercere usuras, non esse
peccatum, hæreticus. est. Ioan. And.

f. Vide Squil
iacen. de fide
caho. ca. 15.
Zanch. de ha
ret. c. 3. Car
ter. de heret.
num. 9.

X graui † ad nos : & infra. Sanè, si quis in illum errorem inciderit , vt pertinaciter affirmare psumat, exerce vſuras non esse peccatum, decernimus cum velut hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtiis iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenientur, aut suspeccios, tanquam contra diffamatos vel suspeccios de hæresi procedere non omittant.

Ex Decretalib. tiu. de purg. Cano.

Innocentius III. Senonen. Archiepiscopo.

Propter magnitudinem criminis infamatus suspeditus ne diu ab officio, sedjetia a beneficio, donec se purgauerit. hoc primo. Et angetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem preslitam suspenditur quis ad tempus, hoc tertio. Et deficiens in purgatione punitur ut consuetus, hoc quarto.

C. A. P. X.

INTER sollicitudines nostras, illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas: & infra. Licit ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vique ad purgationem canoniam doceat suspendendos, quia tamen cum etiam a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare. Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Atténdentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, qua contra Decanū facere videbantur, cib' propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicēda & feruantes iustitiā, & molientes rigorem, purgationem ei xiii. manus, sui ordinis duximus ēt indicendam. Iplum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noſcitur infamatus: Mādamus, quatenus accitis tecum Niuernen, & Parisen,

A Episcopis, indicātam ei purgationem accipias: ita tamen ut qui ad eius purgationem processerint comprobandam, sint fide Catholici, & vita probati, qui conuersationem , & vitam ipsius nō cā moderno tempore nouerint, quam trāfacto: Pur gatione vero recepta, beneficium ei restituere nō postponas. In p̄nam autem familiaritatis il lius, quā cum hæreticis scienter habuīscē dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspēsū: donec scandalum s̄piatur, ita tamen ut publicē familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcīpīas: insuper ei distīcte, vt in prædicta, & alijs villis, circumpositis profiteatur, & prædictē fidem catholicā, ac confundat, & detestetur hæreticā prauitatem, sic deinde uitam suam bonis adornans operibus, ut infamia cōteratur in bonam famā, & omne scandalum, & suspicio catholicorū men tib. deleatur. Quod s̄ si forsan in purgatione fecerit, eum ecclesiastice disciplinā interone percellas, & ab officio, & beneficio depositum ad agendum paenitentiam in arctū monaste rium detrudere non omittas.

Sanc h̄ in purgationibus facieb̄is, cū satis sit illis, qui purgando exhibent iuramentum, secundum propriā conscientiam, & opinionē iurare, quod purgandū sit a crimen immunis, vel qđ bonū exhibuit iuramentū: si purgatores ab Ecclesia tolerentur, & sine bona fāmā in suis ordinib⁹ ministrantes, nec in iudicio pro crimen condemnati, proculdubio sunt absque vilius in dagine admittendi.

COMMENT. XIII.

In ter sollicitudines,) Dubitari potest, quo cōſilio Emericus hāc decretalem, & sequētes, bīne inde deprōptas, hic colloqarit: sed causa in prōptu est: nam quādam ex eis de penis hæreticorum agit, quādam penitentij, redentum, alij denique multas, & varias, difficultates, circa hæreticos, & eo iuriū penas, & ordinem iudicariū in hoc tribunā obseruandum declarant: unde non sunt ab instituto aliena, cōtra quam imperiti quidam sentiat, dicentes absurdum iuderi eisdem penitus verbis trāscribere, quā alibi passim reperiri possunt. quorū iniurīs vocibus alibi plenius satiscimus. In hac re ro præcipue de purgatione canonica imponenda infamato de hæresi differit: ut em & de alijs quibusdam ad negotiū de pānis hæreticorum spectātibus, quorū cognitio valde est fidei iudicib⁹. nec fāria. nos omīssis minus necessarijs, sumatim more nostro utiliora, frequentiora, & veriora trademus.

Hoc tamen admonebo, vix cōmode hoc ca. intel ligī posse, nisi videatur integra Decretalis lib. 2. Registri Innocentij III cuius argumentum est; ut Decanus Niuernensis de hæresi suspectus, & diffamus, cogatur se purgare, atq; abūrare, si per quo Domini Papa scribit Archiepiscopo Cenonen.

b Cum

Inquisitorum cum Commentarijs.

115

I. De purgatio b. Cum propter eorum quodlibet ei esset purga
de canonica
qui differunt
tio indicenda.) De purgatione canonica, q ad prae
sens institutum attinet, & differunt communiquer iuris
interpretes, in d.c. inter solicitudines. Et alibi sape
Repertoriu Inquisitoru, Umbertus Locatus, Bernar
dus Comensis in lucerna, Sylvestris Angelus, &
ceteris Summis, verbo purgatio. Capitius ad Z a
eborum c. 1. Simancas de catho. inst. tit. 56. idem
in encyridio violat & religionis, tit. 54. Gondifal
ius de hære. q. 15. nu. 11. copiosus Eymericus 3. p.
in 2. modo processum fidei terminandi. idem infra in
bac 2. par. in Concilio Tarragonensi, & q. 58. nonul
la etiam Antonius Blanckus tractatu de indicijs,
nu. 283. et 284. vbi declarat quid dicatur purgatio
nis iuramentum Tabiensis in summa verbis. Inqui
sitor. §. 18. & alijs multis locis.

**Purgatio ca
nonica quid
est. & quando
indicatur.** Est autem purgatio canonica, ostentio innocentie
de crimine obiecto. haec indici potest, quoties aliquis
grauis heresies infamia laborat: aut vehementer est
de heresi suspectus: aut graue scandalum in causa
fidei populo dedit, ut aperiissime probant illa rescri
psi verba: Attendet autem vulgata infamia,
&c. tametsi passim dicatur purgationem canonica
solum indicendam, cum reus publica laborat infamia,
quod tamen non improbarim; cum vix reperiri pos
sit aliquis esse vehementer suspectus, & graue scan
dalum patitur, qui publica non laboret infamia.
deniq; nec ob hac causas solum indicetur purgatio,
cum arbitrio iudicantis relinquatur, quando reis ca
nonica purgatio indici debeat, sicut recte scripsit Dec,
in cap. ac si clerici. de iudic. nu. 75.

**Purgatores
& concordia
tus, & nunc
tu.** Et seruantes iustitiam, & molientes rigorem,
purgationem ei xiii. manus sui ordinis duximus
et indicenda.) Hi dicuntur compurgatores, quos
forte Marcus Cicerus actione ultima in Verrem lau
datores appellat; tametsi per laudatores, testes pro
bationis de vita & morib. intelligi potius crederet.

Et purgatorum munus est, iurare se credere, verum
iurasse reum, cum dixit se nunquam aut commisisse
aut dixisse easob que infamia laborat, quamqua au
tem XIII. purgatores hic statuantur, non tamen
punctum est id perpetuum esse, hoc est, quemlibet
purgandum, tot purgatores habere oportere: quoniam
taxare hunc numerum arbitrio iudicis relinquitur,
inxta qualitatem criminis, infamia, & personae,
qua in re prudentissimum esse oportet, ne tot requirat,
qui vel inueniri non possint, vel purgare nolint, quod
in manifestum vergent purgandi detrimentum, Pa
nor. in c. cum in iure, de purg. cano. Bernardus
in lucerna, verbo purgatio. §. 3.

D Ita tamen vt qui ad eius purgationem pro
cesserint comprobadam, sive fidei catholici, Hac
est purgatorum qualitas, & concordat textus in c.
si legitimi. 2. q. 4. c. cum P. Mancellus. consitu
tus. c. dilectus. de purg. cano. tradit Simancas de ca
tho. inst. tit. 56. nu. 11. Umbertus uerbo, purgatio.
nu. 9. & alijs præcitatatis locis.

Obseruandum hic est, in compurgatoribus plura re
quiri, ut huic muneri satisfaciant. Primum, ut ab
Ecclesia tolerentur: secundo quod sint bona fama:
tertio, quod non fuerint de criminibus condemnati:
quarto, ut habeant norā uitam illius, quem purgant:
quinto, quod iurent secundum suam conscientiam se

A credere, verum iurasse reum. Panormitanus in di
cto capitu constitutus de purgat. Cano. Repertoriu
Inquisitorum uerbo, purgatio. §. nota quod in com
purgatorib. Postremo (ut uno verbo dicam) tales
persona recipi endere, sed admittende ad aliquem
compurgandum, de quibus verisimile sit, quod non
debeat alicuius obtentu decierare, sicut ait Alexan
der III. scribens Episcopo Cestrensi, ut habetur in
cap. instruatum. 15. titulo de Simon. quod refertur
post Concilium Lateranen. sub Alexander III. p.
2. additum Bernardinum Diaz in practica crimin. Ca
no. cap. 140.

C Ita tamen ut familiaritatem hereticorum ab
iuret.) Sed nonne valde iniquum est, pro eodem cri
mine debere quemquam pluribus teneri legibus, aut
penalis coerceri? cum diuinus Nam Propheta di
xerit capitulo primo. Non consurget duplex tri
bulatio neque vindicabit Dominus bis in idip
sum. capitu. sceleratior. capit. sunt plures de penit.
distincti. 2. capit. presbyter. 8. 1. distincti. Cum ergo
iam fuerit canonica purgatio indicta, iniquum est
nunc ad abiurationem eundem reum compellere. Cā An purgatio
pegius ad Zanchinum cap. 11. versicu. doctrinam & abiuratio
hanc dicebat ratione infamie purgationem indici; simul sit ali
ratione vero suspicionis abiuratio: quia sententia
diligentius inspecta forte vera non est: quoniam p

C purgationem ablata est etiam suspicio, unde non est
amplius abiuratio imponenda. ergo prior est Pa
normitani expositio in dicto capitulo inter sollicitu
dines. numero tertio, dicentes, propter infamiam,
graue scandalum, & vehementem suspicionem ex
dictis testium obortam, purgationē fuisse indicata:
rursum quia reus ille scienter cum hereticis familia
ritatem inierat, quia legitimè probata erat, coactus
est abiurare, non quidem illas heres, de quarum su
spicione iam purgatus erat, sed solam familiarita
tem cum hereticis.

D Atque ex hac interpretatione, quae semper mihi
prior visa est, refellitur sententia Cardinalis in Cle
men. I. de usuris. §. san. q. 22. nu. 12. & Francisci
Squillacei tracta de fide catho. c. 3. 1. m. 1. &
quorundam aliorum afferentium, reum vehementer
suspectum prius torquendum: quod si nihil confitea
tur, purgationem ei esse indicandam, & si fuerit ex
purgatus tandem ut abiurare quoque compellatur:
nam haec sententia nimis est seu, et cum unaquaq;
harum penarum sit efficax ad tollendam suspicio
nem, planè iniquum est reum tot penit subiungere. ita
Simancas de catho. inst. tit. 56. nu. 18. & seq.

E Ceterum in hac causa obseruanda mihi videtur
doctrina Madriliana instructionis Hispaniae anno
Domini. 1561. ca. 54. quæ ita fermè habet: Si reus
superauerit tormentum, debent tunc Inquisito
res arbitriari, & considerare qualitatem indicio
rum, & qualitatem, & formam seu modum torte
ti, & dilpositionem seu naturam & atatem ipsius
reitortis quibus omnibus consideratis, si visum fue
rit quod reus sufficienter purgauerit omnia indi
cia, absoluunt eum ab ea iudicij instantia, quod
si ob aliquam rationem, & causam vilum fue
rit, (consideratis predictis qualitatibus) tor
mentum non fuisse inflictum cum debito rigore;
tunc imponere ei poterit abiurationem de leui

H 2 vel

vel vehementi, aut aliquam penam pecuniaria: quamquam haec fieri non debant nisi cum magna consideratione, & quando iudicia non credunt sufficienter purgata, haec ibi. Quod mibi iuslissimum uideatur, & obseruandum penitus in praxi, quoties et casus occurreret, qui sapissime occurrere solet, atque hoc etiam sensisse uidetur Eymericus si diligenter inspicuerat 3. p. in 3. modo processum fidei terminandi, nu. 137.

f. Præcipias insuper ei districte, ut in prædicta,
Quando in. & alijs villis.) Hunc locum pulchre interpretatur
iungendū reo Zächinus de hereticis c. 20. n. 2. ver. item si talis.
ut publice si- Repertorium verbo, p. sententia. ver. item si male.
dem laudet, & similis omnino p. sententia iniungitur per Loan-
errores dñe. sterut. nem XXII. in extrauag. Vas electionis. de heret.
in fine relata in hac 2. parte.

Est autem hæc penitentia valde cōueniens: nam medicina debet esse morbo contraria. itaque si de fide verbis aut factis male senserat, inbendus est eā publice laudare, & p̄dicare, & contrarios errores disfiteri: sed hæc p̄nitentia doctis, noui imperitis imponenda est.

Qualis sit p[un]gatio. Quod si forsitan in purgatione defeccerit? Sed nam deficitis quae est pena deficientis in purgatione? vide Hostit[us] in purgaciōe. scim in Sum. tit. de purg. cano. S. que sit p[un]a nu. 7.

*Umbertum verbo purgatio.nu. 9. 10. & 11. Reper-
torium verbo deficiens. Simancam de Catho.instit.
tit. 56.nu. 13. & seq. & Archidiaconū in c. accusa-
tus. §. 1. de hære.lib. 6. quorū communis regula est,
quod sicut puniretur reus de criminē, de quo impete-
batur, si conceretur, cōsiderato modo agēd, sic pa-
nietur si in purgatione deficiat. causam erudit elegā-
ter Archi.pr excitato loco: dūmodo intelligamus mi-
tius agendū esse, si agatur per viā inquisitionis: quā
si ageretur per modū accusationis, ut tradit. And.
T Iraq. trac. de pæn. tēper. aut remittēdīs, causa 53.*

Deficiens in purgatione Receptum tamen est, deficientem in purgatione
haberet pro purgatione pro coniuncto, & in causa nostra pro consumato here-
tico habendum esse. c. de hoc, & cap. insinuat, de

simonia, ubi communiter Dol. Panormitanus, & alij communiter hic Bernardus in Lucerna, verbo, purgatio, n. 7. & cum in tribunali inquisitionis receptum nunc sit, ut fiscalis semper accuset, consequi tur planes, ut papa ordinaria reus in purgatione de ficiens puniri debeat, itaque & curie seculari relin qui poterit ultimo plectendus suppicio.

Sed quid si pœnitentia & misericordiam imploret
Deficiens in erit ne audiendus? & verius, et receptius est, ut au-
purgatione si diatur & admittatur ad Ecclesie gremium: sicut n.
pœnitentia, an
is qui vere conactus vel confessus est, si admitti hu-
recipiendum.

multiter postules, non traditiv curiae seculari, multo minus is tradi debet, qui per probationem solum pre sumptiuam qualis est purgatio, consuetus est, et hoc sententiam sequitur hic Panormitanus, & Hostilius, & ceteri communiter. Vmberius in opere iudiciali, verbo, purgatio. num. 16. ver. nota etiam. Simancas de catho. in lit. tit. §. 6. n. 16. idem in ency radio, tit. 54. nu. 1. 4. eleganter, & copiosè Bernardus in Lucerna, verbo purgatio. §. 9.

Deficiens in purgatione quod alias incidit in heresim, ex def*iciencia* in purgatione tanquam consil*itus*, & relati*plus curiae* seculari penitus trad*icodus* esse: ita praci-

A tati: unde amplius consequitur, ut periculum proximo relatum euitetur, non esse facile purgationem canonica per Inquisitores reis indicandam: est enim fragilis, fallax, & incerta ab aliorum opinione, & uolutate peditat. Itaq; in Hispanis quadam constitutiōne Madriliana anni Domini 1561. cap. 47. bis ferme verbis salubriter cautum est: Ob maliūam humanam purgatio canonica periculissimum est remedium, his praeferim temporibus: ideoq; non multum est in vīs, quare illo videntur raro, & cum magna cautela. Mea hac est sententia, tu-tius & salubrius esse ad alias penas arbitrarias, aliaque remedia consurgere. Cetera huc spectantia, & in primis quae pertinent ad ritum purgationis, dicā cū Eym. 3. p. in 2. modo processum fidei terminādi. B Sane in purgationibus faciendis.) Hęc verba, quae sequuntur usque in finem huius capitatis, desumpta sunt ex c. constitutus, §. sane. de purga. cano. habentur in tribus Codicibus Barcinonens. impresso, Bononiens. & Codice Cardinalis de Gabara: absunt tamen a Sabellano. Restituta sunt autē sive integrati ex dicto c. constitutus. §. sane. Eymericū vero ideo retul., ut hinc colligeremus, quales esse debent compurgatores: de quo diximus paulo ante, versi. Obseruandum hic est.

Ex Decret. tit. de pr̄sumpt.

*Innocentius III. Niuernen. Episcopo, &
Archidiacono Bituricen.*

Propter præsumptionem eriam vehementer, non debet quis de graui criminis condemnari.

C. A. P. XIII.

BITTERAS a vestras accepimus, cōtinētes, quod cum causa, qua uertitur inter Altissimorum Episcopum, & quos dam Burgenses de Charitate, quos idem Episcopus de heresi imperebat, vobis & Abbatii Collon. a Sede A postolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa persona sibi arbitros statuerunt, delegata vobis potestate nihilominus referuata. G. autem lator præsentium unus ex illis, ha- resim suam fuerat publica voce confessus, & de fratre suo similiter recognouerat, quod eodem secum laborabat errore: & infra. Nos vero pre dictum G. suspectum de heresi vehementer ha buimus: tum quia quod ante dixerat, postea se di xisse negauit; tum: quia vel mendacium prius di xit in fratrem, asserendo illum hereticum, vel peririum postea commisit in Deum, purgando illum de heresi: quorum vtrumque reddit illum valde suspectum: quamquam verisimilior videatur, quod eo tempore, quo tanquam vere penitens ab heresi reuertebatur a fide, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum non asseruisse ha reticū, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxe; vnde presumitur, quod cū postea purgauit illū